P 14 Draco

Assisinaten.

Beatissime Pater. Nuper devoti S. V. oratores Martius et Antonius Maria de Nepis ac Horatius q. Cesaris Lain
Assisinaten. per assertum Locumtenentem gubernatoris civitatis Assisii iudicem ordinarium sub pretextu asserti homicidii
in personam Gaudonis Galeotti de Assisio, ut dicitur perpetrati in contumaciam inquisiti et indefensi per
diffinitivam sententiam in rebellionis ultimi supplicii bonorum confiscationis et domorum demolitionis penas non
admisso eorum ipsorum defensore et excusatore ut debuit condemnati fuerunt. Cum autem Pater Sancte dictus
Gaudonus qui ut plerisque notorium est necis bo. me. Cinthii Philonardi tunc Perusie Umbrieque vi
cellegati, eiusque Cancellarii et quamplurimorum spectabilium virorum occupationisque Arcis dicte civitatis
Assisii et quamplurimis criminibus et delictis et lese maiestatis pariter et furtis, incendiis, violentiis,
virginum raptui, rapinis aliisque enormissimis intervenerat illaque commiserat et committi mandaverat
et pro illis tam in civitate Assisii quam Perusie in penam ultimi supplicii condemnatus et bannitus
fuerat tam ex forma sacrarum vestrarum constitutionum, dicte civitatis quam statutorum Assisii impune
occidi potuerit. Ideoque dicti oratores qui et homicidium huiusmodi commiserint super eo inquiri et condemnari
nequiverint et pro ipsorum parte a dicta sententia contra ipsos lata ad Sanctitatem vestram sanctamque
Sedem apostolicam legitime appellatum fuerit. Supplicant igitur humiliter S. V. dicti oratores quatenus
dignetur causam et causas appellationis et appellationum quarumcumque pro ipsorum parte a dicta
sententia et aliis gravaminibus latis et inferri comminatis interpositarum ac interponen
darum ac nullitatis iniquitatis et iniustitie dicte processus sive attemptatorumque ~~et innovatorum~~
et innovatorum quorumcumque vestrarum toto negotio principalis omnibusque et singulis earum incidentium
dependentium emergentium annexis et connexis alicui alteri iudici in partibus illis committere et man
dare cum comitiva quam simpliciter summarie ac audiendi cognoscendi decidendi fineque debito terminandi
cum potestate quoscumque citandi et tam dicto Locumtenenti Assisii quam aliis quibusvis iudici
bus et personis quotiens opus fuerit inhibendi et sub censuris ecclesiasticis et pecuniariis penis
arbitrio suo imponendis et applicandis et constito quod dictus Gaudonus ex premissis impune
occidi potuerit dictos oratores prout de iure absolvendi et processus quoscumque ubilibet contra
eos institutos ac sententias condemnatorias latas necnon executiones quascumque contra eosdem oratores
indebite factas aliaque attemptata et innovata quecumque cassandi revocandi annullandi et in
pristinum restituendi et cassari revocari aboleri et restitui prout iustum fuerit mandandi et
sub eisdem censuris et penis inobedientes quoscumque censuras et penas predictas incurrisse de
clarandi aggravandi reaggravandi invocato brachium seculare invocandi aliaque omnia et sin
gula faciendi et exequendi in premissis et circa ea necessaria seu quomodolibet opportuna premissis ac
constitutionibus et ordinationibus apostolicis necnon provincialibus et municipalibus statutis et con
suetudinibus ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque status et merita cause et causarum huiusmodi
premissorum ceterorumque forsan necessario vel latius exprimendos tenores et compendia pro suffi
cienter expressis habentes et aliis. Concessum ut petitur in presentia D. N. Pape

B. Car.lis Guidicionus

Et cum absolutione a censuris ad effectum etc.
Et per breve S. V. hac supplicatione introclusa
Et committatur locumtenenti civitatis Spoleti.
Et pro ut dicitur Concessum B. Car.lis Guidicionus

Datum Rome apud Sanctumpetrum Duodecimo Kal. Aprilis Anno Undecimo

Guidiccioni Card. Bartolomeo 1545?

f.o 9 fol 209

45.

23 marzo

Camillo

Misc Mss
1959 (A4846) BA Gen S